


CATALOGVS  
EXHIBENS  
APPELLATIONES  
ET  
DENOMINATIONES  
OMNIVMPOTVS  
GENERVM,  
QVAE  
OLIM IN VSV FVERVNT  
ET  
ADHVC SVNT  
PER TOTVM TERRARVM  
ORBEM,  
QVOTQVOT ADHVC  
REPERIRE POTVIT  
AVTOR  
FRANC. ERNEST. BRÜCKMANN,  
MED. DOCT. ET PRACT. BRVNNSV.

---

*Helmstadi,*  
TYPIS SALOMONIS SCHNORRII.  
ANNO MDCCXXII.



SERENISSIMI BRVNSVICENSIVM  
AC LVNEBVRGENSIVM DVCI A CON-  
SILIIS SANCTIORIBVS


VIR O

*ILLVSTRISSIMO, REVERENDISSIMO, GENERO-*  
*SISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO,*

CONRADO DETLEFFO  
DE DEHN,

COLLEGII RERVM COENO-  
BIALIVM DIRECTORI ET  
S. BLASHI BRVNSVIGAE DECANO,  
HEREDITARIO IN WENDHVSA, SCHENINGA,  
ET RIDDAGSHVSA &c.

DOMINO MEO AC PATRONO  
GRATIOSISSIMO  
PROSPERITATEM PERPETVAM.



*ILLVSTRISSIME, REVERENDISSIME, GENEROSISSIME ATQVE EXCELLENTISSIME VIR,*

**DOMINE AC PATRONE  
GRATIOSISSIME,**



Vamvis opusculum  
præsens de variis per  
universum terrarum  
orbem potionum ge-  
neribus tenue atque  
exiguum omnino sit, nec, si genus

---

DEDICATIO.

---

sermonis spe<sup>c</sup>tes, dignum magnopere, quod in tanti VIRI oculos prodeat; ast vero tamen cum idem, si cetera desint, materiae & ipsius rei humanae necessitas non parum commendare videatur, facere non possum, quin illi TVVM, DOMINE AC PATRONE GRATIOSISSIME, illustrissimum nomen in gratiae mentis vicem praescribam. Neque enim putavi, meum hunc qualemcunque laborem ad ullum magis pertinere alium, quam ad TE, quem, si a Deo discessero, maximum mihi habere Patronum video. Siquidem haud ita pridem SERE-

---

DEDICATIO.

---

SERENISSIMO PATRIAЕ  
PATRI, DOMINO longe  
CLEMENTISSIMO, subjectis,  
simum desiderium meum aperuisti,  
atque commendationem ad nobilis-  
simum Senatum Brunsvicensem pro-  
curasti; nec, qui oculus, cor ac  
manus es SERENISSIMI DV-  
CIS, in Guelphorum sede regen-  
tis, unquam, ceu spero, me de-  
seres, sed ad me ornandum & au-  
gendum gratiosas porro cogitatio-  
nes adhibebis. Interim Deus TE  
servet, PATRONE GRATIO-  
SISSIME, & consiliis TVIS pro-  
speros eventus, operibus felices  
pro-

---

DEDICATIO.

---

progressus , nomini illustrissimo æternitatem , vitæ denique longævitatem , læta cum sanitate conjunctam , faventissime largiatur . Brunsvigæ e Museo meo die s. Augu-  
sti , Anno M DCC XXII .

Sist.

---

PRAEFATIO.

---

**S**istimus TIBI hic, LECTOR  
BENEVOLE, Catalogum  
omnium ab avis atque atavis  
memoratorum & quondam usitato-  
rum olim potionum generum, quot-  
quot nobis, veterum scripta sedulo  
ruminantibus, reperire licuit; præ-  
ter obsoleta autem & abolita, quæ  
solo nomine tantum apud nos super-  
sunt genera, hæ perbreves paginæ  
etiam recentiorum apud omnes fer-  
me & singulas orbis nationes alimen-  
ta potulenta liquida & cerevisias an-  
te oculos TIBI ponunt & objiciunt.  
Videre sic licet uno quasi intuitu,  
paucisque his pagellis omnia potulen-  
ta specificis suis & propriis nomini-  
bus, quæ partim ab inventoribus v.  
g. Breyhabna, partim a colore v.g.  
(b) cere-

---

PRAEFATIO.

---

cerevisia ruffa, alba, nigra, Black; partim a consistentia v. g. Oehl, Menschenfett, cerevisia tenuis, partim ab animalibus brutis v. g. Guckuch, Mumia; partim a generositate v. g. Bieth den Kärl; partim ab ingredientibus primariis v. g. cerevisia Betulina, Borraginata, Hordeacea, Lupulata, Miliaris, Secalina, Silaginea, Granatum, Pomatum, Piratium; partim a loco natali & patria, v. g. Dorffteuffel, Zerbestana, Gardelegia; partim a fluminibus & aqua, v. g. Gosa; partim ab effectu, si nempe nimis justa dosi portantur, v. g. Mordt und Todtschlag, &c. indepta sunt. Quibusdam cerevisiis in honesta satis & vilia imposuerunt nomina v. g. Wittenkiel, Lumpenbier &c. quibusdam vero satis nobiles

PRAEFATIO.

biles dederunt denominations, sic  
prostant potus Domini, quem Knie-  
senack vocant, Israël, &c. Præter  
appellations autem & cognomina,  
pauca de etymologia & viribus medi-  
cis aliisque qualitatibus addere pla-  
cuit, licet verbis brevissimis, si vi-  
ta autem suppetierit, Deusque vires  
concesserit, animus nobis est, paulo  
exactius & fusiis omnes, quotquot  
adbuc in usu quotidiano sunt &  
bibuntur, cerevisias & potionum ge-  
nera juxta ac species examinare &  
scribere, quoad patriam nempe, locos-  
que natales, etymologiam, qualitates  
physicas, ingredientia, frumentum,  
malthum, aquam, lupulum & ejus  
succedanea, feces & flores, duratio-  
nem, virtutes medicas, usum tum sa-  
lubrem, tum insalubrem & noxium,

(b) 2 mo-

---

PRAEFATIO.

---

*modum bibendi & dosin &c. Tu vero,  
LECTOR BENEVOLE,  
- - - si quid rectius istis  
Noveris, expromes. Si non, his utere  
mecum.*

*Vale reliquum ex voto, &, si neces-  
se est, candide me mone. Gratus id  
accipiam, &, si rectiora monstrave-  
ris, Te sequar*

Brunsvigæ die  
5. Aug. 1722.

AVTOR.

CATA-



# CATALOGVS

EXHIBENS

APPELLATIONES ET DENOMINATIONES  
OMNIVM POTVS GENERVM.

## A.



BATII, est potus Brasiliorum ex Milio.

ACIDVLÆ, sunt aquæ minerales saporis acide terra scaturientes, quæ a multis per æstatem nostris in regionibus, partim adrepentes morbos antevertendi, vulgo præservandi corpus intentione a morbis, partim sanitatis recuperandæ gratia in morbis chronicis, partim etiam ad gratiam tantum bibuntur.

A

ACVA,

ACVA, est potus in Regno Peru maximi usus ex oryza paratus.

AEL, est potus Anglorum ex frumento, & in primis tritico fine lupulo, cuius loco interdum sal vel calcem vivam cerevisiae suae admiscent.

AIGLEVOS, est mustum arte a fermentatione prohibitum, vulgo Stummer-Wein; sed potentiam sanitati valde nocivum, dum fermentationem demum gravissimam in mappa sanguinea efficere & ciere solet.

ALA, idem potus AEL, vocatur etiam ALE.

ALFOCA, potus est Arabibus usitatus, confectus ex frugibus.

ALFVCA, idem potus ac Alfoca Arابum.

ALICKLAVS five ALTE-CLAVSS, est cerevisia Brändenburgensis, crassa ac bene

bene nutriendis, sed quoniam stupidos,  
torpidos ac somniculosos reddit ho-  
mines, dicitur ~~der alte-~~ Clauss, boni ali-  
as saporis.

AQVA SIMPLEX DVLCIS, protoplaсто-  
rum nostrorum seu primorum in mun-  
do mortalium fuit potus, qui etiam  
adhuc hodie variis in locis ob cerevi-  
siæ vel vini defectum, vel ignorantia-  
m, vel propter lubitum & consuetu-  
dinem, vel propter sanitatem, vel pro-  
pter inopiam & paupertatem, vel  
leges, quæ alia potus genera in certis  
regionibus prohibent, a multis subje-  
ctis bibitur, & est sane potus sanitati  
maxime conducens.

AQVA FLVIALIS, insuavis sane potus  
partim ob piscium domicilium, partim  
quia ex omnis generis profluentibus  
aquis, & pluviali, & nivali, & fontana,

& reliquis constat, sordibus plerumque inquinata.

AQVA HORDEACEA nihil aliud est, quam cerevisia tenuis & secundaria, quam vocant Dūne Bier.

AQVA MELLITA, potus fuit veterum ex aqua & melle.

AQVA MULSA, vide Melicratum.

AQVA SACCHARATA, vide Hydrofaccharum.

AQVA VITÆ, est spiritus vini super aromata & aromaticæ v. g. Cinnamomum, Anisum, Cuminum &c. cohobatus & rectificatus.

ARACH, est potus Æthiopum acidiusculus ex Tamarindorum fructu.

ARACK, est spiritus vini Æthiopum ex Oryza destillatus.

ARACLE, est vinum Javensium ex Oryza.

ARA-

ARAKA , dicitur Tartaris lac sublimatum, quod in conviviis hospitibus suis honoratioribus, ut nos vinum, porrigunt.

## B.

BALNEA,fuerunt vilis potus in Græcia & insuavis valde, ex frumenti pauca parvaque quantitate, additis radicibus quibusdam herbisque, decoctus; hinc proverbium: Es schmeidt als Badewasser.

BENICKEN, est potus haud adeo ingratus in Lüneburgensium civitate.

BERIA , sic Germanorum cohors omnia ex frumento cum aqua parata & fermentata potionum genera comuni vocabulo, suo Teutonico idiomate, vocat.

BIERA , idem ac Beria.

BIERE A BOVTEILLES , vide Bottelbier.

A 3

BIEHT-

BIETH DEN KÄRL seu BITENKEERL, est cerevisia Beitzengensis in Ducatu Mecklenburgico, generosa valde ac facile caput petens.

BIRA & BIRIA, idem ac Beria.

BLACK, est potus civitatis Colbergensis Pomeraniæ, forsan a colore obscurō ad nigredinem vergente Black, qvod Germanis idem ac atramentum scriptorium denotat, sic appellatus.

BOCKHÄNGER, BOCKHINGER, est cerevisia Wollinensis, generosa, caput petens ac facile inebrians, crapulam plerumque post se relinquens.

BOTTELBIER, Batavis & Anglis maxime familiaris, vasis vitreis & lagenis sive urnis fistilibus includi solita, spumosa valde ac flatulenta; in ipsis his urceis non cessat fermentare, quamvis tunc demum, ubi aperitur, men-

obturamentum, uno impetu tota  
quantitas in spumam exundat &  
ex vasis effluit; flatulentiam corri-  
ge student, dum in coctione aromata  
& aromaticia addunt, vel saltim vasis  
indunt; Gallis BIERE A BOVTEILLES  
audit; Choleram ex continuo ejus usu  
in viro quodam sexagenario Ducatus  
hujus observavimus, qui cum morte  
intra spatium duorum dierum vitam  
commutavit. Vide de hac cerevisia  
Georg. Ernest. Stahlii Zymotechniam  
fundamentalem seu fermentationis  
theoriam generalem, quæ Halæ Sa-  
xонum Anno 1697. in lucem prodiit.  
Cap. X. p. 74.

BOZA, est quædam potus species a-  
pud Turcas ex Milio confecta.

BRACHA, est cerevisia vel potus Ru-  
thenorum ex Milio.

BRAG-

BRAGGA, est potus feculentus ex Oryza, quem Tartari, Persiæ confines, teste Adamo Oleario, in frequenti usu habent.

BREYHANA, cerevisia Saxoniæ inferioris alba, primum Hannoveræ a servo cuiusdam Hamburgensis Zythopeptæ, cui cognomen Cort vel rectius Conradus Breyhan, cocta; Historia de inventione sequentem in modum refertur: Ditissimum nempe quendam Hamburgensem mercatorem, Hannoveræ per tempus aliquod vixisse, qui vero ob corporis sui constitutionem vel consuetudinem etiam præter Hamburgi coctam nullam bibere potuit cerevisiam; cum vero magnis ea Hannoveram nunquam non afferri oportuerit sumtibus, consilium iniit, petere Hamburgo Zythopeptam

peptam quendam , quod etiam fa-  
ctum fuit, & Conradus Breyhan, pa-  
tria sua Hamburgensi valedicta, Han-  
noveram adiit ; ibique domo quadam  
cerevisiæ brassationi apta , quam bra-  
tiatorium vocant , reliquisque machi-  
nis ad hanc & instrumentis sibi com-  
paratis , prima vice anno post nativi-  
tatem Christi 1526. cerevisiam Ham-  
burgensem Hannoveræ bibendam  
dedit , quæ sapore tamen , reliquis-  
que qualitatibus , licet optimis , toto  
tamen cœlo ab Hamburgium po-  
tu distabat ; cerevisia cum esset ju-  
cundissima , non desit inventor ulte-  
rius eam coquere , ita , ut tandem hoc  
potionis genus a primo inventore  
suum deinde adeptum sit nomen , &  
hodie adhuc in inferiori Saxonia in per-  
petuam ejus nominis memoriam &

gloriam Breyhana vocetur. Postea  
& aliæ urbes, uti sunt Brunsviga,  
Quedelinburgum, Helmstetum,  
Gvelpherbytum, Halberstadium &  
plurimæ aliæ periculum fecerunt &  
ad modum sæpius dicti Conradi Brey-  
hani cerevisiam albam coqui cura-  
runt, inter quas Halberstadiensis &  
**Gvelpherbytana** reliquis omnibus  
palmam præripiunt; sunt, qui dictum  
hunc potum volunt a calore, quo et-  
iam gallum coquere possint, quasi  
Breu den Hahn, darin man einen Hah-  
nen oder Huhn abbrühen könne / sed no-  
bis prior recitata etymologia magis  
veritati consentanea videtur, cum sic  
omnes cerevisiæ Breuhahnæ dici me-  
reantur, omnes enim, dum coquun-  
tur, tantum præ se ferunt æstum, ut  
facillimo negotio gallum iis non de-  
plu-

plumare solum, sed & coquere non  
nequeamus. Cerevisia est alias nu-  
tritiva, sanitati convenit & suavissi-  
mum rite cocta habet saporem; un-  
de versus cujusdam lepidi Poëtæ, qui,  
(ex relatione aliorum habemus) in  
cella quadam cerevisiaria Hannove-  
rana incisi lapidibus exstant, legi  
merentur, sunt autem subsequentes:  
**G**randia si summo fierent convivia

cœlo,

Breyhanam superis Juppiter ipse  
daret.

Wenn in den Himmel soll ein grosses  
Gastmahl werden/  
**S**o hohlte Jupiter den Breyhahn von  
der Erden.

**B**RVM, est potus in India Orientali  
ruber, ex Oryza paratus.

**B**RVSE PvSE, alii scribunt BvSE, co-  
B 2 qui-

quitur Osnabrigi in Westphalia.

BRYTVM, sic Ahenæo, dicitur potus hordeaceus, a  $\beta\epsilon\upsilon\omega$  quod est scatario, germina emitto.

BVFF, est potus Halæ Saxonum, quem insalubrem venditant.

BÜFFEL, est cerevisia Francofurtensis ad Oderam; dicitur Büffel, quoniam si plus justa quantitate assumatur, caput afficit, quasi bos feriens & in primis anteriorum capitum partem graviorem reddere solet.

BVSE, vide Bruse-Puse.

BVSKA, vocatur lingua Gothica cerevisia, secundum Olaum Magnum Histor. Septentrional. Lib. XIII. Cap. XXVI.

BVZA, est Tartarorum cerevisia, vel potus ex Milio.

CACA-

## C.

CACABVLLE five KACKEBELLE,  
brassatur in civitate maritima Eck-  
lenforda Ducatus Slevici.

CÆLIA, est Hispanorum ex fru-  
mento potus, qui veteribus CÆLIA,  
CELIA & CERIA audibat.

CAFFE, COFFA five COFFEE, potus  
fuit olim Arabum & Turcarum niger  
& subamarescens ex granis vel semi-  
nibus arboris humiliis Arabicæ, cum  
aqua vel lacte coctus, qui jam paucis  
abhinc annis, superiori seculo & ad  
nos in Occidentem ex Oriente mi-  
gravit, ubi inpræsens forsan majori  
in usu est, quam apud ipsos Turcas  
Arabesque unquam fuit; saccharo  
huic potui majorem conciliare sole-  
mus jucunditatem.

CAFFE A LA SVLTANE, sic dicitur, quod non ad pauperum tabernas transfertur, sed potissimum & unice in aulis principum personarumque illustrium regni Turcici, Arabiæque felicis manet; paratur ex corticibus seu involucris, quibus pelliculas tenuissimas fabæformem nucleus proxime investientes, furvas membranulas dictas, addunt; colore potus hic exacte refert cerevisiam Anglicanam. Qui plura de eo legere ayet, evolvat Ephemerides Natur. Curiosor. Cent. VI. An. 1717. pag. 156. in appendice de novis & exoticis Thée & Coffée succedaneis.

CAHVE, est potus Turcarum, de quo lege Petri della Valle Itinerarium p. m. 40. forsitan idem cum decocto fabarum Coffée.

CAM-

CAMMARVM APICII, fuit potionis genus, secundum dictum autorem, ex frumento.

CAMVM, hujus pótus Ulpianus, celeberrimus quondam Jureconsultus, mentionem fecit; fuit potionis genus ex hordeo; secundum Mercurialem autem est potus ex variis rebus commixtus, qui cibi potabilis formam retulerit; forsitan idem potus ac Cammarum antedictum.

CANA, est potus Æthiopum ex Milio.

CANARIEN-SECT, est vinum Canarinorum sive Canariense dulce. Vide Sect.

CAOU-IN, est Brasiliatorum ex Milio Turcico, vulgo Maiz dicto, paratus potus.

CAS-

CASSINET, potus existit Floridano-  
rum, ex multiplici florū, herbarum  
ac radicum succo paratus, colore  
cerevisiæ præ se fert.

CELIA, potus Hispanorum ex triti-  
co & aqua. Plinius Lib. XXII. Cap.  
ult. Flor. Lib. II. Cap. XVIII. Orosi-  
us Lib. V. Cap. VII. de Numantinis  
loquens ita de Celia scribit: Ultimo  
omnes duabus subito portis erupue-  
runt, larga prius potionē usi, non  
vini, cuius ferax is locus non est, sed  
succo tritici per artem confecto,  
quem succum a calefaciendo Celiam  
vocant; suscitatur enim illa ignea vis  
germinis madefactæ frugis, ac dein-  
de siccatur, & post in farinam reda-  
cta, molli succo admiscetur, quo fer-  
mento sapor austерitatis & calorebri-  
etatis adjicitur. Vide Cæliam.

CER-

**CERBESTANA**, vide Cerevisiam Cerbestanam.

**CERBETTA & CEREBETTA**, est refrigerans potio Syris Turcisque multo in usu.

**CEREVISIA**, vox apud Latinos recepta, est potionis genus ex frumenti vel Malthi succo cum aqua simplici dulci decoctum ac fermentatum, mediae inter aquam & vinum naturae; idem potus cum veterum Zytho; Germanis hoc nostro aeo omnium communissimus potus.

**CEREVISIA ÆGYPTIA**, nihil aliud fuit quam Zythus.

**CEREVISIA ALBA**, est potus Europæorum frumentaceus a colore sic distus, vel ex solo tritico, velex tritico & hordeo simul sumtis, paratus ac coctus.

C

CERE-

**CEREVISIA AMARA**, vulgo **Gräuter-Bier** / est cerevisia cum Herbis amaris v. g. Absynthii, Cardui Benedicti, Chamædryos &c. radicibus v. g. Hellenii, Angelicæ, Levisticæ, Pimpinellæ &c. seminibus v. g. Dauci Cretici &c. cocta, cuius magnus & multus usus in Saxonia superiori; ob virtutes medicinales, quas a dictis amaris ingredientibus adipiscitur, egregrie ventriculum roborat, depravatam ac immunitam restituit appetentiam, viscera deobstruit &c.

**CEREVISIA BATAVORVM**, vide JOPPEN-Bier.

**CEREVISIA BEIZENBURGENSIS**, vide Bieth den Kärl.

**CEREVISIA BETVLINA**, cum succo Betulæ parata, gustus singularis est, egregiuque usus in calculo.

**CERE-**

CEREVISIA BORRAGINATA, sic dicta ab ingrediente herba Borraginis, est potus Anglorum haud facile aceſcens.

CEREVISIA BOXTEHVDENSIS, vide ICH WEIS NICHT WIE.

CEREVISIA BRANDENBURGENSIS, vide ALICKLAVS five ALTE CLAVSS.

CEREVISIA BRITANNORVM, vide Kor-  
row & Ale.

CEREVISIA BRVNNA vel RVFFA, VEL NI-  
GRA, a colore sic dicta, est potus Eu-  
ropæorum frumentaceus ex Hordeo  
cum floribus lupuli coctus; aperiens  
est, urinam pellens ac balsamicus.

CEREVISIA BVDISSINENSIS, evolve  
KLOTZMILCH.

CEREVISIA CERVESTANA five ZERBE-  
STANA, Hordeacea est brunna, sapo-  
ris grati, hinc versus:

Zerbster Bier und Rheinischer Wein/  
Darbej wollen wir lustig sehn.  
ob gratissimum & aromaticum,,  
quem præ se fert, saporem, per to-  
tam Europam non tantum, imo &  
in extremas Indias, & Occidentalem  
& Orientalem, vehitur, magnisque,  
in delitiis habetur. Dom. Conrad. Phi-  
lip. Limmerus, Med. Doct. & Pro-  
fessor quondam publicus Lycei An-  
haltini eruditam de hoc Servestano  
Nectareo potu dissertationem supe-  
riori seculo An. 1693. publici fecit ju-  
ris, quam Lector curiosus, qui plura  
de eo legere cupit, adire poterit.

CEREVISIA COLBERGENSIS, dicitur  
Black a colore ad nigredinem ver-  
gente.

CEREVISIA CRASSA, est cerevisia mul-  
tarum virium, facile inebrians, cuius  
gene-

generis esse solent die Doppelt-Biere  
it. cerevisia Brunsvicensis, Schiss-  
Mumme dicta.

CEREVISIA CYRITZENSIS, vocatur  
Mordt und Todtschlag.

CEREVISIA DANTISCANA, vide Jop-  
penbier & Preusling.

CEREVISIA DERENBURGENSIS, vide  
Störtenkeerl.

CEREVISIA DVPLEX, quæ multam.  
malthi copiam admisit, hinc omni-  
um fortissima, facile inebrians, qua-  
lis est Mumma Brunsvicensis du-  
plex, die doppelte Mumme, Schiss-  
Mumme.

CEREVISIA ECKLENFÖRDENSIS, coqui-  
tur Ecklenfordæ in Ducatu Slesvicensi  
& dicitur Kackebelle vel Cacabulle.

CEREVISIA ERFVRTENSIS, est saluber-  
rima SCHLVNTZ dicta.

**CEREVISIA FRANCOFVRT. AD ODERAM,**  
dicitur Büffel, vide supra.

**CEREVISIA GENTIS SCLAVONICÆ, vi-**  
de OLL.

**CEREVISIA GLÜCKSTADIENSIS, vide**,  
**RAMENAH.**

**CEREVISIA GOSLARIENSIS, vulgo Go-**  
SE vel GOSA, est triticea alba saporis  
dulcis vinosi Goslariensium, sic dicta  
a flumine Gose, ex cuius aqua brassi-  
catur; laxat alvum & medicamento-  
sa est, quas qualitates a Gose, flumi-  
ne antedicto Sylvæ Hercyniæ, multis  
metallorum & mineralium ramentis  
& particulis imprægnato accipit; cu-  
riosum de hoc cerevisiæ genere ha-  
bemus distichon:

Es ist zwar ein sehr gutes Bier die Gos-  
larische Gose

Doch

Doch wen̄ man meint/sie sey im Bauch/  
so liegt sie in der Hose.

De hac cerevisia notatu dignum esse  
putamus, quod nullam admittat a-  
quam, hac enim affusa, statim cor-  
rumpitur, nulliusque est durationis;  
calefacit alias & venticuli debilita-  
tem egregie corrigit, nutritionem,  
optime adauget, nephriticis solatium,  
nec asthmaticis nocet; Veneris incen-  
dia auget & libidini faces accendit,  
hinc enī gut Chestands Bier vocatur;  
reliquum tota tota medicamentosa  
est, uti pluribus videre licet in perbre-  
vi illo schediasmate, quod de hoc po-  
tu anno MDCCXVII. Goslariæ lucem  
aspexit, cui rubrica: Avisation von  
dem bey der Käiserlichen Freyen  
Reichs - Stadt Goslar gebraueten  
Weitzenbier oder so genandten Go-  
se,

se, desselben Eigenschaften und wie damit umzugehen &c. in 8vo.

**CEREVISA GOTHICA**, videat. Buska.  
**CEREVISA GVSTROVIENSIS**, vide KNI-  
SENACK.

**CEREVISA HALLENSIS**, dicitur Buff  
& insalubris venditatur.

**CEREVISA HELMSTADIENSIS**, vulgo  
**CLEPIT** vel **CLAPIT**, est cerevisia alba,  
de qua Henr. Meibomius in proso-  
popœia cerevisiæ Gardelegiensis,  
quam Joh. Henricus Meibomius com-  
mentario suo de cerevisiis inferuit,  
lequentes habet versus:

Noxius est tenuis labens in viscera  
potus,  
Corporis is vires, robur & omne  
Clepit;  
Hinc olidi ructus & flaccescentia  
membra,  
Tur-

Turgidus hinc hydrops, & luis o-  
mne genus.

Male quidem olim audivit dicta cere-  
visia, interim tamen hodie omnis no-  
cumenti expers, salubris & haud raro  
optimæ Halberstadiensi Breyhanæ,  
uti eam sæpiissime bibimus, multo  
anteponenda, vulgo audit HELM-  
STEDSCHER BREYHAHN, KLAPPITT, de  
quo scomma:

Garlia bibit homo, cætera animantia  
Klappit.

Ex literis cujusdam amici, nuperrime  
ad nos Helmstadio missis, intelligi-  
mus, Clapit non albam, sed brunnam  
Helmstadiensium esse cerevisiam,  
apponamus ejus epistolæ verba:  
Sonsten habe neulich von einem gewis-  
sen gelehrten Mann hiesiges Orts ge-  
hört / daß nicht hiesiger Breyhan / son-

Dern

dern vielmehr das Braun- oder Bitter-  
Bier Clapit genennet werde; er wolte  
es mit diesen alten garstigen Vers/ wel-  
chen man davon hätte / beweisen:

**Crux tibi signat Clapit,** Witkrantius  
tibi dat Schiefsack.

Das Kreuz wird ausgesteckt als ein Zei-  
chen des Braubiers / ein weisser  
Kranz aber / wenn Breuhahn zubekom-  
men ist / würde also der Helmsteter  
Breuhahn dadurch noch mehr prostitu-  
iert werden; hactenus verba citatæ e-  
pistolæ. Putamus autem firmiter.,  
noīnen, licet in honestissimum ei da-  
tum sit, cerevisiæ tamen bonæ nihil  
demere, nec de virtutibus ejus aliquid  
detrahere posse; cerevisia enim dicta  
plurimo tempore, licet non omni,  
(nam secundum vulgare Germanorū  
proverbium: **Bacchus und Brauen ist**  
**nicht**

nicht allzeit gleich/ gerâht nicht allemahl) optimi commatis est, &, uti jam supra una vice innuimus, sæpiissime famosissimæ Halberstadiensium Breyhanæ longe præferenda.

**CEREVISIA HORDEACEA**, est potus sive Biera Europæorum ex hordeo.

**CEREVISIA JENENSIS**, vide Clatsch.

**CEREVISIA JENENSIS PAGANA**, vulgo DORFFTEVFFEL, quia circa Jenam rusticis in pagis coquitur.

**CEREVISIA KYRITZENSIS**, vulgo MORDT VND TODTSCHLAG.

**CEREVISIA LIMBACENSIS**, vide OWIE.

**CEREVISIA LIPSIENSIS**, vocatur RASTRVM, de qua egregium egregium quondam philosophi ac poëtæ, Friederici Taubmanni, in studiosos amantes prostat distichon:

Non propter Rastrum, sed propter amabile rostrum  
Virginis, ad Rastrum plebs studiosa  
venit.

CEREVISIA LIVONICA, vide Lorche.

CEREVISIA LÜBECENSIS, vide Israël.

CEREVISIA LÜNEBURGENSIS, vide Benicken.

CEREVISIA LUPVLATA, ea dicitur, quæ ex maltho & lupuli salictarii floribus est cocta, vulgo cerevisia brunna, Braunbier / Bitterbier / Hopfenbier.

CEREVISIA MAGDEBURGENSIS, vide Filtz.

CEREVISIA MARPVRGENSIS, vide Juncker.

CEREVISIA MECKLENBURGENSIS, vide de Pipenstaël & Clune.

CEREVISIA MEDICATA seu MEDICAMENTOSA, quæ præter malthum & her-

herbas medicinales, radices, aromata  
& aromaticā in coctione admisit; ;  
hinc virtute medicinali pollet & a  
morbis corpus humanum præservat;  
Germ. Kräuterbier.

**CEREVISIA MILIARIS**, veteribus PA-  
RABIA vocabatur.

**CEREVISIA MÖLNENSIS**, vide,  
LAVCKE.

**CEREVISIA NAVENSIS**, est ZITZE-  
NILLE.

**CEREVISIA NIGRA**, a colore sic dicta,  
plerumque est hordeacea, vide cere-  
visiam brunnam.

**CEREVISIA NONALIS**, sic a Johanne  
Henr. Meibomio commentario de  
Cerevisiis, potibusque & ebriamini-  
bus extra vinum cap. XIV. vocatur  
ea cerevisia, quæ fratribus in mona-  
steriis sub horam nonam, qua sume-

D 3 bant

bant merendam, dabatur. vide plura de hoc potu loco citato.

**CEREVISIA NOVIOMAGENSIS**, a tenuitate & mollitie vocatur MOLL; vide supra.

**CEREVISIA OSNABRUGENSIS**, vide BUSE vel BRVSE PVSE.

**CEREVISIA PINGVIS**, quæ olei consistentiam ferme præ se fert; vide cerevisiam crassam.

**CEREVISIA PAGANA JENENSIS**, Germ. Jenischer Dorff-teuffel est hordeacea, quæ in pagis circa Academiam Jenensem a rusticis coquitur; variat valde, pro diversitate pagorum, inter omnes excellit Ammersbaccensis.

**CEREVISIA PROPHETARVM**, ita dicitur, nescimus ex qua ratione, cerevisia tenuissima, quam vulgo Covent vel Dünne-bier appellamus.

CERE-

CEREVISIA RATZENBURGENSIS, vinosi  
& grati saporis, vide Rammeldeus.

CEREVISIA REGIÆ LVTERÆ, vide  
Duckstein.

CEREVISIA ROSTOCHIENSIS, vide  
Oehl.

CEREVISIA RVFFA, ac colore sic dicta,  
qui a colore vini rubri saepius parum  
vel nihil distat.

CEREVISIA RVTHENORVM, paratur  
ex Milio; vide BRACHAM.

CEREVISIA SCHOENINGENSIS, Brey-  
hanæ species est, vulgo audit WIT-  
TENKIEL.

CEREVISIA SCLAVONICA, vide OLL.

CEREVISIA SECALINA, colore subvi-  
ridi est, & vinum Rhenanum æmu-  
latur, grati saporis, ast urinam mora-  
tur & obstrukiones gignit, a fru-  
mento, ex quo paratur & coquitur,  
sic dicta.

CERE-

CEREVISIA SECUNDARIA, id est, secundæ coctionis, quæ tenuis est, paucarum virium & ab aqua haud multum distat, hinc quibusdam AQVA HORDEACEA audit. Germ. Speise-Bier/ Dünnebier/ Covent.

CEREVISIA SILIGINEA, parum distat a secalina, sic dicta a Siligine, frumento nempe ex quo coquitur.

CEREVISIA SIMPLEX, Einfach-Bier / opponitur cerevisiæ duplice, dem Doppel-Biere/ sic prostat Mumia simplex & duplex, Einfache- und Doppelte Mumme.

CEREVISIA STADENSIS, vide Kater.

CEREVISIA TENVIS, dicitur, quæ parum virium virtutumque habet.

CEREVISIA TRITICEA, quæ pro basi agnoscit malthum triticeum.

CEREVISIA VEPRIVM, dicebatur apud Baby-

Babylonios potus ex frugibus & lupulo veprium; vide Herm. von der Hardt libel. in Bacchum, vini & cerevisiæ Ægypti inventorem.

CEREVISIA WERNIGERODENSIS, vide LVMPENBIER.

CEREVISIA WETHINENSIS, vide Keuterling.

CEREVISIA WITEBERGENSIS, vide Guckuck.

CEREVISIA WOLLINENSIS, vide Bockhänger.

CEREVISIA WOLGASTIENSIS, vide Hœsing.

CEREVISIA URATISLAVIENSIS, vulgo Toller Wrangel & Schöps.

CEREVISIA ZERBESTANA, evolve Cerevisiam Cervestanam.

CERIA, fuit potus Hispanorum ex frumento; an idem fuerit cum Cælia

E lege

lege Joh. Henric. Meibomium in  
Commentar. de Cerevisiis cap. VIII.

CERVESTANA, vide Cerevisiam Cer-  
vestanam.

CHAVSET, est potus Turcarum & i-  
dem cum Græcorum PHVCA.

CHERBET NENVPHAR, est potus Æ-  
gyptiorum & Arabum ex Cherbet,  
faccharo, aqua Nilotica aliisque.

CHIONOMELI, *χιόνωμελι*, potus vete-  
rum Græcorum ex melle & nive.

CHOCOLATA, est potus incolis In-  
diæ Occidentalis olim & adhuc fami-  
liaris suavissimus, paratus ex confe-  
ctione quadam solida ejusdem cum  
potu nominis, & Atolla, aqua, lacte  
vel vino; egregie conductit sanitati,  
ventriculo frigido & debili, nutritio-  
ni, voluptatique; Europæis jam no-  
tissima & satis celebris potio, de qua  
lege

lege dissertationem nostram de Avel-lana Mexicana.

**C**HOLOXYCRATVM, χολοξύκρατον, dicitur potus ille felleus & acetosus, siti de-lendæ ineptus, quem Judæi Christo fervatori in cruce, non ut vitam sta-tim eriperent, sed protraherent, & sic dolores augerent, dederunt.

**C**HOSAF, est potus Turcis familiaris & usitatus, quem parant ex melle, aceto cedrino & uvis passis.

**C**HOVSSET, forsan idem potus cum Turcarum Chaulet.

**C**HVIA, est vinum album sive spiri-tus vini Tartarorum ex lacte, vide Paulum Venetum.

**C**ICA, est potus in insula Mocha, quæ est e regione Chili, Americæ meridionalis parte, cuius conficien-di modum rarissimum & delicatis-

E 2 simum

simum & nostris in terris plane  
incognitum annextere placet: Anus  
edentulæ Mayz suum gingivis com-  
minuunt, & in aquam exspuunt,  
ubi a salivatione fermentari incipit,  
& tum in cupas infunditur & Cica-  
nominatur; quo anus sunt magis  
vetulæ, eo potus melior habetur;  
hoc ad ebrietatem incolæ se invitant,  
saporis autem est boni & acidiusculi;  
profit incolis, fauces nostræ hunc  
potum non appetunt, nec salivam  
mihi movent.

CIDRE, sic vocant mustum piro-  
rum, pomorum aliorumque fructu-  
um mollium fermentatione clarifica-  
tum (Germ. Birn-Most/ ausgefellter  
Apffel oder Birnen Saft) Recens  
valde obscurum est & turbulentum,  
inveteratum autem vino bonæ notæ  
æqua-

æquatur. Copiose bibitur in Franco-nia, multisque aliis Germaniæ regio-nibus; Gallia, Helvetia, in primis au-tem in Anglia, cuius incolæ hocce Cidre vel Sidre sæpiissime vino præ-ferunt.

CLATSCH, vel KLATSCH, est cerevi-sia Jenensis urbana, cui in pagis co-ctam, Dorffteuffel vocatam, longe præferunt Musarum cultores, hanc civibus & plebi relinquunt.

CLEPIT, evolve cerevisiam Helm-stadiensem.

CLVNE, hæc cerevisia in Ducatu Mecklenburgensi coquitur & bi-bitur.

COCONAR, est celebris Persarum li-quor, qui a domesticis conficitur ex foliis Papaveris aqua simplici dulci per brevem moram ebullitis & coctis;

E 3                    vel

vel capitibus contusis infusione mace-  
ratis, admixtis aliis rebus pro cuius-  
que lubitu ad gratiam; hicce liquor  
a bibacibus per horarum intervalla  
affatim propinari solet; inebriat & de  
papavere vim habet narcoticam. Vi-  
de plura in Engelberti KämpfferiA-  
mœnitat. exotic. rerum Persicarum  
fascicul. III. p. 644.

**COFFA** vel **COFFEE** vide **Caffe**.

**COLLATVM**, qualis potus veterum  
fuerit, incertum; quo ad solum enim  
nomen tantum adhuc supereft.

**COLLETER**, est cerevisia, quæ Re-  
giomonti Prussorum coquitur, vide  
**KOLLETER**.

**CONGNIDIVM**, par est ratio cum hoc  
ac cum veterum Collato.

**CORMA**, forsan idem potus cum  
Curmi Dioscoridis, cuius meminit

Po-

Posidonius, qui eum ex tritico parari  
annotavit.

**C**OVENT, est cerevisia tenuissima,  
quæ parum vel sæpius nihil ab aqua  
communi differt; nomen ei a con-  
ventibus olim impositum esse puta-  
tur, utpote in quibus hoc potus ge-  
nus primum usurpatum fuisse legi-  
mus.

**C**RABBEL AN DEI WAND, insalubris,  
fortissimus tamen venditur potus,  
qui Eislebiæ coquitur, & ob crapu-  
lam, quam excitat, Krabbel, alii scri-  
bunt & forsan rectius, Crabbel an dei  
Wand, dicitur.

**C**UPENBIER, ita Berolini vocatur ce-  
revisia brunna hordeacea optima,  
quæ tempore vernali, in primis men-  
se Martio coquitur, & in aliis locis  
Märtzenbier vocatur. Dicitur Cupen-  
bier,

bier, a magnis Cupis vel vasis magnis ligneis, quibus asservatur; nota bonitatis characteristica est, quando præ pinguedine rebus, quibus affunditur, adhæret & gutta ejus siccata splendorem relinquit, valde flatulentam eam esse deprehendimus.

**CVRMEN**, fuit potus veterum ex Hordeo, cuius mentionem fecit Dioscorides, quo utebatur vulgus infimæ notæ ac ordinis.

**CVRMI**, idem potus ac Curmen Di-oscridis.

**CVRSIA**, potus fuit olim Turcarum ex frumento.

## D.

**DAMEN COFFE**, dicitur potus, decocto granorum Coffe, analogus, paratus ex amygdalis assatis & tostis cum aqua simplici dulci; est oleosus, suavis

vis nec ita amarus, ac potus vel decoctum fabarum Coffe. vide plura de modo eum conficiendi, usu & virtutibus in Johann. Jacobi Marxens Material-Kammer p. m. 93.

DEFRUTUM, fuit potus ex Musto, decocto & inspissato ad tertiam partem.

DIZYTHIUM, est, secundum Erasmus in Adagiis, cerevisia duplex vel Zythus duplex, quem nos hodie Doppel-Bier appellamus.

DOPPELBIER, vide cerevisiam duplensem & Dizythium.

DOPPELTE-MUMME, opponitur Mumiae simplici, der einfachen oder schlechten Mumme, magnis prædita est virtutibus, syrapi ferme consistentiam præ se fert, generosa valde ac medicamentosa. vide Mumiam.

DORFFTEVFFEL, vocatur cerevisia hordeacea pagana, quæ in pagis ciicæ Jenam in Thuringia a rusticis coquitur; variat valde pro diversitate pagorum, inter omnes excellit bonitate & generositate Ammersbaccensis, quæ mirum in modum a Musarum filiis colitur.

DRAGGA, est potus feculentus, ast cito caput petens & inebrians Tartarorum, Maris Caspici accolari, e Milii vel Panici granis. vide plura de hoc apud Olearium Holsatum in Itinerario suo Persico.

DVCKSTEIN, est cerevisia Regiæ Luteræ triticea, alba, saporis grati & virtutis diureticæ. Nomen sine ullo dubio ei datum a saxo illo tophaceo, ex quo aqua Lutter dicta scaturit & per quod saxum cursum suum habet,  
quæ

quæ potui huic elementum liquidum  
communicat; vide Relationem no-  
stram Historico-Physico-Medicam de  
Cerevisia Ducksteinia, quæ ante ali-  
quot menses hoc anno 1722. Helm-  
stadii publicam in lucem prodiit.

DvSCAB vel DvSCABH, sic Persarum  
audit Mustum generosum, ultra mel-  
lis vel syrupi consistentiam coctum;  
iis potum præbet suavissimum vino  
haud absimilem.

## E.

EAU DE SETE, est species quædam  
spiritus vini vel aquæ vitae Gallorum.

EINFACHE MVMME, vide Mumiam.

ENGLISCHE MVMME, nihil aliud est  
quam Muinia navalis; hoc cognomen  
inde adepta, quod olim copiosissime,  
cum Angli neclupulum habebant nec  
ejus culturam recte callebant, in An-

gliæ regnum transportaretur; posteaquam autem Brunsviga lupulum, eo misit & communicavit, incolæ eius colere cœperunt, & nunc nostris his temporibus ipsimet delicatissimum neectar coquere eruditi, non amplius magna ejus quantitas eo transportatur & transfertur, retinet tamen haetenus semel adeptum epitheton.

ERNDTENBIER, sic audit cerevisia illa brunna hordeacea & lupulo condita, mense plerumque Martio brasata, quæ ab æstivo messis tempore, quo bibitur, sic vocatur; quibusdam in locis etiam ubi per reliqua anni quadra Breyhana coquitur, mensibus, quibus ardens Sirius regnat, brunna conficitur, quæ, ut supra diximus, Erndtenbier appellatur.

ERND-

ERNDTEN MVMME, vide Mumiam.

## F.

FILTZ, est potus hordeaceus, qui in Ducatus Magdeburgensis primaria urbe, Parthenopoli dicta, coquitur.

FLOS sive FVCA, est potus in regno Malabarico ex Sura in vitreis vasis destillatus, quem promptius incendi adjunt incolæ, quam nostram aquam vietæ vel spiritum nostrum ardente.

FLUVIALIS AQUA, potus est ingratifaporis &c. vide aquam fluvialem.

FOCA, est potionis quoddam genus Arabibus recentioribus commemoratum; quidam articulum al addunt & Alfocam, quam supra vide, nominant.

FULA, Regni Malabarici potus, qui & Flos dicitur; vide supra.

## G.

**GARDELEGIA** vel **GARLIA**, Germ.  
**Garlehe/** ab urbe veteris Marchiæ  
Garleben dicta, ubi coquitur, sic no-  
minata; paratur ex malto hordeaceo,  
suavitate & salubritate se commen-  
dat, ventriculum debilem roborat,  
tanquam egregium stomachicum;  
carminat flatus & aphrodisiaca est;  
vide de hoc potu plura in Henr. Mei-  
bomii prosopopœia hujus cerevisiæ  
& Johan. Schmidii Encomiis Garde-  
legianis.

**GEGLVETER WEIN**, est vinum aro-  
matibus & saccharo probe conditum  
atque coctum vase clauso, jejuno ven-  
triculo admodum gratum; inconsue-  
tis stranguriam parit.

**GEWÜRZTER WEIN**, vide vinum suf-  
focatum.

GLA.

GLACIALIS POTVS, fit, quando glacies in pocula æstuantium injicitur, Italis valde familiaris potus, omnium tamen nocentissimus, a cuius usu omnem sanitatis suæ & vitæ amicum amice dehortamur.

GOSA, est cerevisia alba triticea saporis dulcis vinosi &c. vide Cerevisiam Goslariensem.

GRANATVM, est potus vinosus ex malo Punico, Germ. GRANATENWEIN.

GvCKVCK, cerevisia est Wittenbergensis impura & flatulenta, caput tentans & graviter inebrians.

## H.

HEL five HELA, est potus Scotorum ex frumento.

HIPPOCRAS, vel VINVM HIPPOCRATICVM, est vinum multis aromatibus, in primis Cinnamomo, Cardamomo, Cubebis

bebis &c. imprægnatum; dicitur Hippocraticum, quia per manicam Hippocratis, quæ est sacculus laneus pyramidalis, eis Hippocras **Sad**/ filtratur & percolatur; aromaticum est & medicamentosum, stomachicum in ventriculo frigido, tonicum, & roborans, nervinum & carminativum. Ein geswürkter Wein.

**HOESING**, est cerevisia civitatis Wolgastiensis.

**HUNDT**, ita vocant potum, qui Dasselii in Ducatu Brnnsuigio coquitur.

**HYDROMEL** sive **MELICRATVM**, quod Latinis **AQVA MVLSA** audit, **MEDO** & **MEDVM**, potus paratus ex aqua & melle, saporis dulcis, coloris aurantii, qui vetustate saporem vini acquirit; vide plura apud Plinium.

**HYDRO.**

**HYDROMELUM**, *ὑδρόμηλον*, potus veterum confectus ex aqua & succo pomorum.

**HYDROSACCHARUM**, fuit veterum potus ex aqua pura simplici, cui saccharum admiscebant, rectius **AQUA SACHARATA** dicitur; hodie adhuc **ÆTHIOPIBUS** in multo usu, qui id aromatibus v.g. Zinzibere, Cinnamomo & sic porro aromatizant; melicratum aliquatenus refert.

### I.

**ICH WEIS NICHT WIE**, est potus curiosa appellatione, civitatis Boxtehue-de; forsitan hac cerevisia poti præ crapaula nesciunt, quomodo se habeant.

**INFUSUM HERBÆ THEÆ**, vide Thée.

**INFUSUM RADICIS NISI**, potus Sinenium ex radice Nisi vel Ginseng cum aqua calida, qui ab iis in modum

G

Thée

Théæ bibitur; vires restituendi collapsas virtute pollet, laudatur ab iis, tanquam Panacæa. Radix est pretiosa dulcis, hinc potus apud nos, qui exterorum alias simiæ sumus, non adeo invaluit, vide plura in Excellentissimi Dom. Doct. & Professor. Helmst. Spießii tractat. de Radice Nisi.

JOPPENBIER, ita a Batavis vocatur cerevisia Dantiscana, quæ est pinguis & crassa ad instar syrapi, nutrit quidem egregie, sed sitim ob crassitatem minime fallit, potius auget, medicamentosa alias est.

ISRAEL, est cerevisia triticea Lübeckensis, grati saporis & boni nutrimenti; nimis larga dosi pota, intollerabilem excitat capitis dolorem, fanaticique valde obest.

JUNCKER, nobili sic appellatione cerevisia,

revisia, quæ in Academia Marburgen-  
si coquitur, vocatur, non adeo in-  
grati scribitur esse saporis.

JURITHEUM veterum, qualis potus  
fuerit, in obscuro latet, solum nomen  
superstes est; incertum quoque an ad  
vina an ad potiones ex frugibus refe-  
rendus sit.

## K.

KACKEBLLE sive CACABULLE, co-  
quitur in civitate Ecklenforda Duca-  
tus Slevici.

KAMNA, est potus urbis Herfor-  
tensis Angliæ.

KATER, est cerevisia urbis Stadæ,  
in episcopatu Bremensi, cuius ety-  
mologia nos latet; an forsan ab ani-  
mal illo quadrupede domestico, quod  
Cattum, Germ. einen Kater, vocamus,  
sic dicta?

KEUTERLING, est cerevisia Wethi-  
nensis hordeacea, saporis dulcis &  
grati, medicamentosa, obstrunctiones  
enim viscerum aperit, calorem præ-  
ternaturalem extinguit, calculum  
pellit & a podagra, domino morbo-  
rum & morbo dominorum, præmu-  
nit; per anagramma hæc cerevisia si-  
stet ein gut ferl. Plura videre licet in  
Ambrosii Stegmanni genauer Unter-  
suchung des Keuterlings.

KIRSCHMUMME, vide Mumiam.

KIRSCHWEIN, VINUM CERASORVM,  
est vinum articiale ex succo ceraso-  
rum nigrorum, saccharo & aromati-  
bus, in primis Caryophyllis aromati-  
cis & Cinnamomo; dulcissimi gratis-  
simique saporis, coloris elegantis ru-  
bicundi, ventriculum & cor roboret,  
& appetitum imminutum excitat;

KLATSCH,

KLATSCHE, vide cerevisiam Jenensem.

KLOTZMILCH, potus sic dicitur in civitate Budissina Lusatiae.

KNISENACK, est cerevisia Gustroviensis & significat Slavonico idiomate POTUM DOMINI, ein Herren Bier; triticea est, valde crassa & pinguis, facile inebrians; vide G. D. Encomium deß Knisenacks.

KOITE, est potus civitatis Monasterii in Westphalia.

KOLLETER, est cerevisia, quæ Regiomonti Prussorum in usum Convictorum academicorum coquitur, facile inebrians.

KORROW, fuit cerevisia veterum Britannorum, in Marchionatu Darbi, quam his temporibus Ale baptizabant; plura de hac videre licet apud Cambdenum.

KOVENT, est potus Germanorum tenuissimus secundæ coctionis, parum ab aqua distat, Germ. Covent ♂ der Speisebier vide cerevisiam secundariam.

KRABBEL AN DEI WAND, est cerevisia, quæ Eislebiæ brassatur.

KRAVTERBIER, evolve cerevisiam amaram.

KUCKUCK, est cerevisia Wittenbergensis, vide Guckuck.

KUHSCHWANTZ, est cerevisia fatis inhonestæ denominationis, quæ in pago Delitsch Regni Bohemici brascatur.

KRKEOΝ, miscellanea potio, ita dicitur apud Poëtarum Græcorum principem, Homerum, POTIO HEROVVM, fam vinum generosum bonæ notæ, quod proportione a Medico data usurpatum fuit; a κυκάω, misceo,

L.

## L.

LAC AMYGDALINVM, est parergon in vita, dicitur lac vaccinum cum amygdalis contusis & in petia ligatis coctum, saccharo edulcoratum & filtratum, suavissimi & delicatissimi saporis; egregium refrigerans, quod & decumbentibus Medicis conceditur. vid. Theodori Zwingeri dissertat. de Amygdalorum fructu.

LAC ANIMALIVM, post aquam mortali bus in potus usum venit, suavissimus profecto & nectarinus potus, qui moderate refrigerat, humectat & sanos egregie nutrit. Evolve, si placet, Joh. And. Fischeri program. lac optimum alimentum, optimumque juxta medicamentum. Erfordiæ 1719.

LAC CAMELORVM, Arabum & Saracenorum potus quondam fuit.

LAC

LAC EQVARVM, Tartarorum & Scytharum potus, de quo & hodie adhuc pocula summo cum appetitu sumunt; Græcis hinc <sup>ιατρούλησι</sup> & Latinis equimulgi dicti sunt.

LAC HVMANVM, est potus albus dulcis in mammis mulierum secretus & nutritioni infantum recens natorum & exclusorum destinatus, de quo evolvendi sunt physiologi.

LAC MVL SVM, est potus paratus ex lacte cum melle, seu lac melle commixtum, vide Plinium.

LAC SAMBVCINVM, Hölunder oder Glieder-Milch / est lac cum floribus sambuci recentioribus coctum, deinde filtratum & percolatum, quod frigidum plerumque bibitur, haud ingrati saporis.

LAC

LAC SUBLIMATUM, ARAKA dictum,  
bibitur a Tartaris in conviviis; vide  
Araka.

LACTATUM, fuit potus veterum  
ex lacte.

LACRYMA CHRISTI, dicitur vinum  
sua sponte ex uvis infra montem Ve-  
suvium exstillance instar lacrymæ, co-  
loris elegantis rubri, saporis grati &  
subacris. Germani hoc Italicum vinum  
vocant, NEAPOLITANISCHE Thrånen;  
Historia refertur, quod nempe mona-  
chus quidam cum Regnum Neapoliti-  
tanum salutasset, hoc vinum in quo-  
dam hospitio biberit & quæsierit:  
quale vinum? hospes respondit: quod  
Lacryma Christi foret; hoc inaudito:  
Monachus ejulans dixit: O chare  
Christe, O dulcissime Christe! cur  
non & in patria mea quoque lacry-  
H masti?

masti? vide plura in generosissimi Dn.  
de Hochberg Georgic. curiosis.

LATEX EX NUCE Coco, est liquor  
dulcis, quem nuces, Cocos dictæ,  
nondum plane maturæ exhibent, gra-  
te refrigerantem.

LAUCKE, coquitur Mölnæ, civita-  
tis, ob monumentum Eulenspiegelii  
ridiculi famosissimæ, in Ducatu Lau-  
enburgico.

LIMONADE, LIMONADA, est potus  
refrigerans, Gallis familiarissimus, bi-  
bitur quoque apud nos Sirio splen-  
dente contra corporis incandescentiam;  
paratur ex tempore ex aqua, vino,  
faccharo, succo & corticibus malo-  
rum citreorum; multis stranguriam  
excitat & mictionem guttalem.

LORA, dicebatur Romanis VINUM  
OPERARIUM, quod scilicet operariis &  
eius-

ejusmodi hominibus porrigebatur; conficiebatur, quando musto ex acinis expresso, super recrementa uarum solida expressa, Germ. Hūlsen/aqua fundebatur & macerabatur, vel etiam cum his scoriis coquebatur.

LORA PASSI, est Lora vino mixta, vide MORIOLAM.

LORCHE, cerevisia Livonica, quam saluberrimam prædicant scriptores.

LUMPENBIER, est cerevisia hordeacea brunna civitatis cujusdam sylvæ Hercyniæ, Wernigerodæ dictæ, quæ licet nomen indepta sit inhonestum, non adeo tamen ingratii saporis, nec infalubris est.

## M.

MABBIA vel MABBY, est potus in insulis Caribæis ex radice Battata.

MACASSUS vel MACOSSUS, potus in

H 2

India

India Orientali ex oryza inebrians,  
vid. Henric. Mundii opera medica.

MALTZGETRANCKE, sunt potus Europæorum, qui ex malto macerato & germinato parantur, Germani Bieras vocant.

MÄRTZENBIER, sic vocatur cerevisia brunna hordeacea & lupulata, quæ multis in locis mensibus vernalibus, in primis autem Martio coquuntur, quæque ob vires suas balsamicas plerumque per annum & ultra dure re potest.

MALVASIR, est vinum dulce Malvaticum, sic dictum a pago Malvasia, circa quem vites, huncce nectareum liquorem fundentes, crescunt & ex quibus exprimitur.

MARACVM, fuit potus veterum ex una parte mellis & aquæ simplicis putræ dulcis duabus compositus.

ME-

**M**EDE, est potus Saxonum, Lithuanorum, Moscovitarum & Borussorum vinosus ex aqua cum melle paratus.

**M**EDO sive **M**EDIUM, quasi **M**ELUM, vide Hydromel; adhuc Septentrionalibus populis in magno usu, quidam addunt aromata, & hanc esse differentiam inter Medonem & Hydromel statuunt; vide Schwenckfeldium.

**M**ELICRATUM, vide Hydromel.

**M**ELICRATVM, quibusdam est mixtura mellis cum lacte, quam Plinius **LAC MVL SVM**, appellat.

**M**ELLITA scilicet **AQVA MELLITA**, potus veterum ex aqua cum melle.

**M**ENSCHENFETT, ita vocatur Jenæ certa quædam species cerevisiæ paganae, des Dorffteuffels/ quæ a rusticis in pago Cospita praxatur & coquitur,

quæque a studiosis Salanæ academiæ mirum in modum laudatur; dicitur fett, quia ob frumenti copiam, quam rustici ad ejus confectionem adhibent, olei instar pinguis est, dulcissimi saporis gratissimique, bene nutrit & pingues facit.

MERACVM, vide *Maracum*.

METEGLIA vel METEGLARO, potus Anglorum, qui Cambriam incolunt ex melle; vide *Matth. Lobelium in. Adversar. stirpium*.

METH, vide *Mede*.

MIGNOL, est potus ex succo cuiusdam arboris suavissimus, &, ut vinum, inebrians, in Regno Nigritarum in Africa.

MOLL, est cerevisia a tenuitate & mollitie sic dicta, saluberrima, haud difficile meatus urinæ transiens, urbis

bis cujusdam Geldriæ, quæ Noviomagnum audit.

MOMME, vid. Mumiam.

Nordt und Zedtschlag est cerevisia Kyritzensis, ita dicta ob insalubritatem aquarum, ex quibus coquitur, quæ licet & parva assumatur dosi, tamen valde inebriat & ad gladios provocat. vid. Ludovici Frid. Jacobi disserat. de Cerevisiæ bonitate pag. 14. Ridiculam de hoc potu quondam in academiis inaudivimus historiolam, quam hoc loco hacque occasione per placet apponere: refertur nempe, Superintendentem Kyritzensis urbis & circumiacentis regionis amplam & satis diffusam habere inspectionem, ita, ut per annos aliquot nunquam non tantum una vice singulum pagum visitare, singulamque inspectio nem

nem facere possit: Cum aliquando ad ministrum quendam verbi divini suæ inspectionis, qui vitream plus, quam chartaceam & literariam in delitiis habebat bibliothecam, veniret, pro more antiquo visitationem ecclesiæ rerumque sacrarum apud eundem pastorem paganum instituturus, quæsivit ex eo, quibus tempus intra id spatiū, quo non eum visitare licisset, consumfisset rebus; is longe secum pensitans, cogitationibusque suis audientiam largam permittens, respondit, se quærere velle suum manuscriptum & ostendere; quæsivit quidem per horam unam atque alteram in omnibus domus suæ angulis, sed frustra, absque ullo manucripto rediens, responsū dedit, quod forsan liberi sui id amisissent? Inspector autem

autem hoc non contentus, pergit: tu tamen vel memoria adhuc tenebis conceptum, quem saltim paucis brevissimisque verbis recitare jubeo. Minister verbi divini tandem refert, se sibi proposuisse vulgo sic dictum: Pater noster &c. amplificare: Inspector, hoc inaudito, addit: malesanus es homo! nostine, te nihil verbodivino demere & te nihil addere debere; tamen, quicquid sit, dic saltim, qua ratione, quove modo id præstare volueris? statim se colligit minister & respondens dicit: Reverendissime Domine Inspector! mens mea fuit sic dictum Pater noster &c. hoc modo & his verbis augere: Pater noster, qui es in cœlis &c. da nobis panem quotidianum & quotidie desuper præter hunc aliquot mensuras, zwey Stüb-

gen/ cerevisiæ optimæ notæ, quam  
Mordt uid Zedtschlag vocamus, ho-  
mo enim non pane tantum, sed & po-  
tu vivere potest: hancce maledictam  
malefici ministri inaudiens amplifica-  
tionem, derepente Inspector Pater-  
noster &c. interrupt, inquiens: abi ad  
patibulum cum tua insana doctrina!  
& ex templo eum removit a suo offi-  
cio; sunt relata, quæ referimus, &  
pro vera, licet esse possit, historia,  
eam non venditamus.

MORIOLA, sic vocatur veteribus, te-  
ste Varrone, PASSI LORA, vino addito.

Most, vide Mustum.

MULSA, vel MULSUM Plinii & Lat-  
inorum, vinum est melle mixtum, &  
una plane eademque res cum Oeno-  
meli Dioscoridis & Græcorum; hic  
potus facile in bilem vertitur, vide

plura

plura apud Placotomum de tuenda valetudine pag. 66. usque 69. it. ejusdem dissertationem xxx.

MUMIA, MUMMA & Mum, est potus Hordeaceus Brunsvicensium spirituosus est stomachicus; caput gravans, ast adeo durabilis cerevisia, ut sic dictum Æquatorem superet ac vētura navali in ipsam Indiam Occidentalem & Orientalem incorrupta transferatur; quidam Mummæ coqui Cardamomum, Helenium, aliaque aromaticæ & aromata addunt; est alias egregium stomachicum, confortans, roborans & aphrodisiacum. De Origine vocis Mummæ risu dignam deprehendimus historiolam in cuiusdam anonymi libro, cui titulus: Biere-logia, quam hic loci addere verbotenus placet: *Von der Braunschweigischen*

edlen und wohlgeschmeckenden Mumme und deren Eigenschaften etwas kürzlich zuschreiben, wodurch dieses berühmte Getränkē seinen Nahmen bekommen, als ist zuwissen, daß unter den Braunschweiglchen Bräuern deßwegen ein großer Streit gewesen, wie sie ihr gebrautes Bier mit einen würdigen Nahmen nennen wolten, weil solches vor andern Bieren einen sonderlichen Vorzug und lieblichen Geschmack, wie auch eine würckende Krafft hätte, haben derowegen einen gewissen Tag bestimmet, an welchen sie alle in einen Brauhause zusammen kommen, und dem Kinde einem rechten Nahmen geben wolten, und wie es der nennen würde, so zu letzt käme, darbey solte es bleiben; Wie nun bey ihrer Versammlung gleich der Hirte das

das Vieb ausgetrieben, ist der Bulle oder Ledermacher, als der letzte in das Brauhauß gelauffen kommen, und hat nach seiner natürlichen Gewohnheit gebrüllt wie ein Ochse, und diese Stimme von sich gegeben Mum, Mum, Mum! mit welchen Nahmen die Brauer haben müssen zu frieden seyn, weil sie ihren festen Schluß nicht umstossen kunten, denn es sollte bey des letzten Ausspruche bleiben &c. pag. 4, 5, 6. &c. Etymologia hæc quidem plurimis approbatur, credimus autem potius hanc nobilitate & generositate plurimas alias superantem cerevisias dictam a primo inventore & brasiatore Brunsvicensi, cui cognomen Mumme fuit, cum & adhuc Brunsvigæ totæ hocce nomine gaudentes familiæ floreant; forsan

etiam a durabilitate sua perenni nomen a Mumiis veterum Ægyptiorum accepit; sunt autem nostræ cogitationes, quas nemini obtrudere volumus. Diversæ ejns venduntur species & quidem primo MUMMIA SIMPLEX, Einſaſhe oder schlechte Mumme / non tantas habens vires, quam DUPLEX, die doppelte Mumme / quæ magnis prædicta virtutibus, syrupi ferme consistentiam præ se fert, & est tota medicamentola; a multis tempore inatutino unum alterumque vitrum hoc Ne&ta-re plenum loco infusi Herbæ Théæ Chinensis vel decocti granorum Cof-fe bibitur; a multis quoqne tempore vernali cum floribus Acaciæ Germ. infunditur & per aliquot dies subse-quentes omni mane ad instar curæ vernalis usurpatnr. Secundo Ernd-  
ten

ten Mumme/ quæ mense Martio co-  
quitur, viribus Mumiam vulgarem  
simplicem superat; bibitur a mense  
Aprili per æstatem, colorem habet  
elegantissimum. Tertio sequitur, sic  
dicta a navibus, Schiff-Mumme/ quia  
ob durabilitatem suam navibus impo-  
fita alterum mundum, quem Indiam  
Occidentalem vocamus, incorrupta  
salutat. Quarto die Englische Mum-  
me/ quam vide supra. Quinto die  
Kirsch-Mumme/ quæ vero non ad cu-  
jusvis est palatum, multis enim valde  
nauseosa, & nihil aliud est, quam  
Mumia vulgaris, in qua cerasa contu-  
fa & confracta macerata sunt. Rati-  
onein, ob quam cerevisia Brunopoli-  
tana nullibi locorum coqui possit nisi  
Brunsvigæ, vide in viri summe vene-  
rabilis atque magnifici Domini Abba-  
tis

tis Joh. And. Schmidii, dissertatione de cerevisia, quæ in fasciculo miscellaneorum physicorum secunda est. pag. 23. §. XIV.

MUMIA WISMARIENSIS; ita quoque Wismarienses in Ducatu Mecklenburgico, ad modum Brunsvicensium cerevisiam suam bonæ notæ Mumiam baptizarunt.

MURRHINA, quid sit, non satis constat, vide Plautum.

MUSTUM, succus five potus dulcis expressus ex uvis, qui continet partes fermentationis facile capaces, hinc flatus, ventris tormenta & ructus excitare, obstrunctiones viscerum efficere, urinæque suppressionem inducere solet; fermentatione autem clarescit, & in vinum abit, quod musto longe anteponendum censemus. Nunquam caput

caput petit vel crapulam suscitat; vid.  
Domini de Rohr Bibliothecam Oe-  
conomicam pag. 181.

MUSTUM PIRORVM, est svavis potus  
ex piris expressus, fermentatione fa-  
cta abit in potum vini æmulum.

MUSTUM POMORVM, est liquor, qui  
ex pomis exprimitur, fermentatione  
absoluta abit in potum vinosum.

## N.

NEAPOLITANISCHE THRÄNEN, sunt  
vinum Italum &c. vide LACRIMAM  
CHRISTI.

NECTAR CÆLESTE Poetarum, for-  
san nihil aliud fuit, quam vinum op-  
timæ notæ.

NECTAR EX SACCHARO, est potus  
veterum ex saccharo aqua soluto.

NIVALIS POTUS, fit vel ex nivis lati-  
ce soluto, vel, Sirio ardente, glacies

K

&

& nix in pocula æstuantium injiciuntur, de cuius tamen potus usū neminem non amice dehortamur.

## O.

**OEL, OELA & OLIA,** est potus Danorum ex frumento. vide plura in Thom. Bartholini lib. de Medicina Danorum dissertat. vii. de potu Danorum.

**OENOMELI** Dioscoridis & Græcorum, est vinum melle mixtum, vel mustum melle mixtum, una eademque res cum Mulfso Plinii & Latinorum. vide Mulfsum.

**ÖHL,** ita vocitant potum Academiæ Rostochiensis.

ΟΙΝΟΣ ΕΚ ΚΡΙΤΗΣ, VINUM EX HORDEO, ita veteribus cerevisia audiebat, vide VNUM HODEACEVM.

**OLL,** est cerevisia genti Sclavonice in magno usu.

OMPHEA-

**OMPHACOMELI**, fuit potus veterum e succo uvæ immaturæ & melle confectus, olim in frequenti & multo usu, qui jam abolitus.

**O WIE**, est potus civitatis Limbach-censis.

**ΟΞΥΚΡΑΤΟΝ**, ita Græcis dicebatur potus ex aceto & aqua refrigerans, & idem fuit cum Posca Latinorum.

**OXYMEL** fuit Græcis acetum melle mixtum.

P.

**PALOPVNTZ** vel **PALOPVNZIA**, est potus nauticus generosus ex succo Limonum sylvestrium, spiritu vini, saccharo & aqua vel simplici vel rosacea, vel alia destillata paratus, vulgo **PUNCH** & **PUNCQ.** Indi, loco spiritus vini, suam Uraquam substituunt.

**PAPENKOVENT**, est jucundissimace-

K 2

revisia

revisia hordeacea, quam Brunopoli Canonici coquere solent; narratur hic potus, non posse vendi, statim enim, si Canonici mensuram de ea venderent & pecuniam sumerent, acescere. Sed qualis nexus inter causam & effectum?

PARABIA POEONUM, fuit potus ex Milio & Conyza; (est herba flore regulari composito gaudens flosculis regularibus constans, in campestribus, apricis, asperis, ut & in vineis frequens, floret mensibus Junio & Julio; est Baccharis Joh. Bauhini, Germani Beruff-Kraut oder Dürr-Wurz vocant. vid. Henr. Bernh. Ruppii Floram Jenensem pag. 182. & D. Simon. Pauli Quadripartitum Botanicum pag. 303.)

PASSUM, fuit potus delicatissimus vete-

veterum ex uvis sole siccatis, donec paulo amplius dimidium pondus superesset, expressum.

PASSI LORA, est Lora vino mixta, respice Moriolas.

PERANAU vel PERANAW, est potus genus in India Occidentali ex pane Cassava, aqua fontana macerato & digesto, paratum, usu & sapore cerevisiæ hordeaceæ fere simile.

Du PERE, fuit apud Normannos potus ex piris. vide Cidre.

PERSICO, nihil aliud est, quam Rosolio di Persico vel aqua vitæ super contusos nucleos malorum persicorum cohobata & destillata.

PHILTRUM, *αὐτὸς οὐ φιλεῖν*, sive POCVLVM AMATORIVM, dicitur potiuncula, quæ amorem interdissidentes conciliare debet, de qua poeta:

Philtrea nocent animis, vimque furoris habent.

optimum philtrum est: si vis amari, amabilis esto.

**PHUCA**, ΦΥΚΑ, ΦΟΥΚΑΔΙΟΝ, est potionis quoddam genus, Græcis recentioribus commemoratum; coquebatur ex frumento & ad Zythorum genera referri potuit; modus Phucam parandi etiam hodie adhuc, secundum scriptores de rebus Turcicis, apud Turcas sub nomine **POSSET**, **CHOVSSET** & **CHAVSET** supereft.

ΦΥΣΚΑ, vide Poscam.

**PIPENSTAEL**, est potus quidam in Ducatu Mecklenburgico.

**PIRIA**, est succus ex pirorum fructu expressus; vide Cidre.

**PIRATIVM**, fuit potus veterum vinous

nosus ex piris eodem modo ac *Pomatium* paratus.

**Piwo**, est potus frumentaceus *Polonis* usitatus.

**Poculum amatorivm**, respice philtrum.

**Pomata**, idem quod vinum pomarium.

**Pomatium**, fuit potus mollis & liquidus, vinosus, qui ex fructu pomorum hortensium & sylvestrium in aqua macerato simplici, & quasi in putredinem soluto, confectus erat; alii ex succo pomorum expresso parabant, hoc modo & adhuc hodie paratur, & mustum pomorum dicitur, quod abit in liquorem vinosum; vide Mustum pomorum.

**Pontac**, dicitur vinum quoddam Gallicum, ab Anglis valde expetitum, sto-

stomachicum & egregium tonicum;  
Gallis VIN DE PONTAC.

Posca, PvSCA vel ΦΥΣΙΑ veterum,  
nihil aliud fuit, quam quod οξυγενος  
Græci dixerunt.

Posca LATINORVM, vid. οξυγενος Græ-  
corum.

POSSET, est potus apud Turcas usi-  
tatus, qui veteribus Græcis Phuca  
audivit; respice Phucam.

Pot, est liquor potulentus Brasili-  
ensium, ex radicibus Mandyuccæ,  
quo supra modum delectantur; præ-  
paratio ejusdem eadem fere cum Cica-  
inolarum in insula Mocha Americæ  
meridionalis, quam supra dedimus;  
radices enim dictæ vetulis edentulis  
commiuendæ traduntur, quæ eas in  
ore gingiva comminutas & emollitas  
exspuunt, ubi tunc saliva fermenti  
vel

vel florū cerevisiæ vices habet & liquorum jucundum incolis, nauseatori valde molestum, præbet & porrigit.

POTTACK, est potus Curlandorum, qui ab incolis vocabulo inquilino sic vocatur.

Potus ÆGYPTIORUM , vide ZYTHUM.

Potus ÆTHIOPUM, paratur ex Tamarindis & dicitur ARACH.

Potus ANGLORUM , vide ALAM.

Potus ARABUM dicitur ALFOCA vel ALFUCA.

Potus BABYLONIORUM , respice CEREVISIONAM VEPRIUM.

Potus BORUSSORUM , vide MEDE.

Potus BRASILIANORUM, parature ex Milio & dicitur ABATII.

Potus CURLANDORUM , est POTTACK.

Potus DANORUM, vide OELAM & OELIAM.

Potus DOMINI, est K NIESENACK.

Potus FLORIDANORVM, paratur ex succis florum, herbarum & radicum & dicitur CASSINET.

Potus GENTIS SCLAVONICÆ, dicitur OLL.

Potus GLACIALIS vel GLACIATVS, a glacie sic dictus; vide glacialem potum.

Potus GRÆCORUM, videatur PHUCA.

Potus HORDEACEVS, est cerevisia ex hordeo, quam vide infra.

Potus HISPANORVM, vide CERIAM.

Potus HEBRÆORVM, dicitur SCHECAR, & omnes potiones Hebræorum, quæ extra vinum sumebant, notat.

Potus JAPONENSIVM, paratur ex oryza, vide SACCHE.

POTVS INDIAE ORIENTALIS, coquitur ex oryza cum aqua, & vocatur BRVM.

POTVS INDIAE OCCIDENTALIS, paratur ex pane Cassava aqua fontana macerato & dicitur PERANAV.

POTVS INSVLARVM CARIBÆARVM, est aqua cum Radice Battata cocta; vide MABBVS.

POTVS INSVLÆ MOCHÆ, paratur ex Milio Turcio, quod Maiz vocant, vide plura sub rubrica CICÆ.

POTVS JVNI PERINVS, est decoctum ex baccis Juniperi medicamentosum, ex quo Lappæ pocula sua sumere solent.

POTVS LAPPARVM, est decoctum ex baccis Juniperinis, quod calidum ab iis, ut a Sinensibus decoctum & infusum herbæ Théæ, bibitur; virtutis est diureticæ & balsamicæ.

POTVS LITHVANORVM, vide Mede.

POTVS MOSCOVITARVM, est vinosus  
ex aqua cum melle paratus, vide  
Mede.

POTVS NIVALIS, fit ex nivis latice so-  
luto &c. vid. nivalem potum.

POTVS NORMANNORVM, paratur ex  
succo pirorum & vocatur DU PERE.

POTVS NAVTICVS, est vinosus & for-  
tis, valde inebrians &c. vid. PUNCH.

Potus PECQUIN URBIS, dicitur SAM-  
PSU vel SAMZOU.

POTVS PERSARVM, coquitur ex foliis  
& capitibus papaveris &c. vide COCO-  
NAR.

POTVS POEONUM, ex Milio & herba  
conyzæ, vide PARABIAM.

POTVS POLONORVM, paratur ex fru-  
mentis & dicitur PIWO.

POTVS POPVLORVM SEPTENTRIONALI-  
VM sunt Beria, vinum, Mede &c. PO-

POTVS PROTOPLASTORVM, fuit simplex pura ac dulcis aqua.

POTVS RADICIS NISI, videatur infusum Radicis Nisi.

POTVS REGNI MALABARICI, respice FVLAM, TVACAM & SVRAM.

POTVS REGNI NIGRITARVM, est suc-  
cuis arboris ejusdam suavissimus &c.  
vide MIGNOL.

POTVS REGNI PERV, paratur ex ory-  
za & dicitur Acua.

POTVS RVTHENORVM, paratus ex  
Milio, BRACHA vocatur.

POTVS SCOTORVM, frumentaceus  
est, HEL & HELA dictus.

POTVS SCYTHARVM, est sanguis e-  
quorum.

POTVS SEROTINVS, Germ.ein Schlaff-  
Grund/a tempore sic dictus, quia ve-  
speri ad invitandum somnum sumi-

L 3 tur,

tur, sed sæpius propellit potius, quam  
invitat somnum.

POTVS SINENSIVM, vide SAMZOV &  
SAMPSCHV.

POTVS SYRORVM, vide CERBETTAM.

POTVS TARTARORVM, vide ARAKAN,  
BRAGGAM, BVZAM, CHVIAM &c.

POTVS TVRCARVM, vide CHAVSET, CVR-  
SIAM, SCERBET &c.

PREVSING, est cerevisia Dantiscana,  
quam alias Joppenbier nominant  
quam evolve. Omnes reliquas to-  
tius Europæ viribus & consistentia,  
syrupo analoga, superare scribitur.

PSEVDOTHEA, vocatur infusum a-  
quæ calidæ Europæorum cum foliis  
Veronicæ, Betonicæ, Teucrii veri  
(vid. Acta Berolinensia Medica Tom.  
I.) Salviæ, Chamæpytidis & multis  
aliis herbis, foliis, radicibus ac semi-  
nibus

nibus sub Europæorum climate natis  
&c. paratum , non minoris efficaciæ  
& virtutis , imo sæpiissime exoticæ  
Chinenſium Théæ multo anteferen-  
dum.

PUNCQ , PUNCH , PUNTSCH , est po-  
tus gentis nauticæ fortis & vinosus ,  
multarum virium , magnæ efficaciæ ,  
valde inebrians , paratus ex spiritu vi-  
ni , aqua , faccharo & mali citrei succo .  
vid. Palopuntz.

PUSCA , vide POSCAM .

R.

RACK , idem quod Arack .

RAMENACH , est potus civitatis  
Glückstadiensis in Ducatu Holsatico ,  
cum enim , Regis cuiusdam Daniæ  
jussu , incolæ dictæ urbis aliquando  
Hamburgensem coquerent cerevisi-  
am , & Regi suo humillime ad deli-  
ban-

bandum offerrent, gustavit Rex dicens: Es rahmet ihm was nach, unde hæc cerevisia appellationem impetravit, quod in hunc usque diem Rame-nach vocetur.

RAMMELDEVS vel ROMMELDEIS, est cerevisia Ratzeburgensis, saporis vi-nosi ac grati, ebrietatem facile, quam quibusdam in locis einen Rummel er-hat sich einen Rummel getrunden/ unde cerevisia forsan hæc dicta, vocant, conciliat.

RASTRVM, vide cerevisiam Lipsiensem.

RATAFIA, est nihil aliud, quam spe-cies quædam aquæ vitæ, quæ superiori in Saxonia haud infre-quenter bi-bitur.

REVTERLING, eadem est cerevisia ac Keuterling, quam vide supra.

ROM-

RÖMMELDEIS, vide Rammeldeus.

Ros, raro bibitur, est potus alias tenuis & purus.

Ros SOLIS, est quædam aquæ vitæ species.

RosOLIODI PERSICO, nihil aliud est, quam spiritus vini super contusos Persicorum nucleos cohabatus & destillatus, vulgo spiritus nucleorum Persicorum.

Rum, est potus saccharatus, nemppe aqua, in qua sacchari certa portio soluta est; vel est etiam spiritus vini ex facchari recrementis vel saccharo vilissimi pretii destillatus; copiose paratur in India, ubi saccharum ex cannis facchariferis exprimitur & excoquitur; nautæ tempestatum reliquorumque periculorum metum, marisque tædium, indigenæ autem suas curas,

M cala-

calamitatesque hocce spiritu depelle-  
re optimie sciunt; Germanis audit pri-  
or potio, Zucker-Wasser & posterior,  
Zucker-Brantwein. vid. plura dans l' Hi-  
stoire naturelle du Cacao & du Sucre.

R VMMELDEVS, vide Rammeldeus.

S.

SABAJA & SABAJUM, potus fuit Il-  
lyricorum ex frumento.

SACCHE, Japonibus & Sinensibus  
est potus ex Oryza confectus, nuncu-  
patus Sacche, quo vini loco in men-  
sis utuntur.

SÄHL DEN KEERL, est potus regio-  
nis Hadeliæ (des Landes Hadeln) quæ  
ad Ducatum pertinet Lauenburgi-  
cum.

SAMPSÙ vel SAMPSCHÙ, ita ex relati-  
one cuiusdam amici, qui per decem  
annos, & quod adhuc excurrit, in Si-  
nen-

nensium Regni splendidissimi urbe primaria, Pecquin, cum uxore sua habitavit, vocatur potus incolarum ex Oryza ab edentulis mulierculis gingiva triturata & confracta, in ollam capacem exsputa, & sic Zymosin adepta. Extra hunc potum communissime ab incolis aqua dulcis bibitur; evolve quoque Neuhofium in seiner Gesandtschafft der Ost-Indischen Gesellschaft in den vereinigten Niederlande p.m. 52.

SAMZOU, idem quod sampsu.

SANGUIS EQUORUM, hunc scythæ subinde bibere dicuntur.

SAPA, potus ex Musto ad medium partem decocto & inspissato, dulcissimi saporis.

SCERBET, SORBET, & SORBETUM, est potus jucundissimus Turcis &

Ægyptis æstivo tempore valde familiaris, paratus ex saccharo, succolimum, Moscho, Ambra & aqua Rosarum, vel interdum etiam tantum aqua simplici, quem post Caffée potus usum in conviviis suis hospitibus porrigerere conservére.

SCHECAR, fuerunt potiones Hebræorum, quæ extravinum sumebantur. Sunt qui putant Schekar veteris testamenti fuisse saccharum recentiorum, ex quo Judæi eruditi fuissent parare potum inebriantem hilaresque animos hominum reddentem, vide plura apud M. Joh. Mathesium in postillis montanis (*Berg-Postille*) sive Sarepta, fol. x. qui liber anno 1578. Norimbergæ in folio publici juris factus, & sunt in primis etymologiæ in eo notabiles.

SCHEPS,

SCHEPS, est cerevisia triticea Uralislaviensis, generosa, ast turbida, valde tamen corpus nutriens; mirum in modum laudatur, quæ propter excellentem virtutem in senibus tanquam confortans exhibetur, imo instar medicamenti confortantis assumitur.

Schepscaput ascendit, neque scalis  
indiget ullis,

Sessitat in stirnis, mirabilis intus in  
hirnis,

O Scheps, Scheps, te libenter bibit  
omnis plebs.

SCHIEFFMUMME, vide Mumiam.

SCHIETSACK, vide Clapit.

SCHLAFFTRUNCK, vide potum fero-  
tinum.

SCHLUNTZ, potus haud adeo ingra-  
tus lupulo conditus brunnus & hor-  
deaceus, coquitur in Thuringiæ Me-

tropoli, Erfurto dicta; saluberrimus  
deprædicatur a Jul. Bernh. von Rohr  
in seiner compendieusen Haushal-  
tungs Bibliothec pag. 193.

SCHÖPS, vide scheps.

SCHÜTTEKAPPE, est cerevisia horde-  
acea, quæ in Cœnobio Rittershusa-  
no prope Brunsvigam coquitur, cuius  
nominis etymon nos latet; ob salubri-  
tatem, saporisque jucunditatem ma-  
xime se commendat.

SEBANSCON, est vinum Æthiopi-  
cum ex fructibus.

SECCO, est vinum Hispanicum dulce  
& generosum.

SECT est vinum quoddam album  
generosum dulce Hispanicum, sic di-  
ctum, quod in utribus seu fassis in  
Hispania circumvehatur; Hispani Sec-  
co vocant. Optimum quod ex in-  
fulis

fulis Canariensibus, VINUM CANARINORVM vel CANARIENSE, Germ. CANARLEN SECT, apportatur.

SICERA, fuit potus Hebræorum inebrians, paratus vel ex frumento, vel pomorum pirorumque succo & in sacro bibliorum codice nunquam non vino opponitur; qui hunc Judæorum potum conficiebant, Siceratores appellabantur. Sicera & <sup>Σίκερα</sup>, vocabulum origine Hebræum, a radice שִׁיר, Schochar, ebrius fuit, quam vocem Græci interpres <sup>Σίκερα</sup> reddiderunt, hinc Galli potionem illam ex pomis, quam conficere solent, SIDRE vocare amant. In genere denotat Sicera quemlibet potum inebriantem, sive sit potus confectus ex polenta, sive ex succo fructuum. Videantur plura de hoc Judaico potu apud autores de An-

ti-

tiquitatibus Judæorum v.g.apud Scul-  
tetum in Exercit. Evang. lib.I. cap. XVI.  
Leighium in Criticis sacris pag. 540.  
sub voce  $\Sigma\mu\eta\eta\alpha$ ; Ravanellum in Lexic.  
Concordant. seu Bibliotheca sacra.  
Joh. Michaël. Dilherrum disput. phi-  
lolog. pag. 9. &c. Rabbi Aben Esra  
scribit, Siceram esse potum ex melle  
& Dactylorum pulpa, quo cum vero  
reliqui non consentiunt scriptores.

**SIDRE**, est potio Gallorum ex po-  
mis confecta, cuius vocis origo haud  
dubie videtur ex Hellade, nempe ex  
 $\Sigma\mu\eta\eta\alpha$ , quæ potum Judæorum inebriantem  
extra vinum denotat, orta. vide  
Siceram & Cidre.

**SORBET vel SORBETVM**, vid. Scher-  
bet.

**SORBIVM**, est potus vinosus vel ce-  
revisia talis ex sorbi fructus succo fer-  
mentatione parata. SPI-

SPIRITUS ARDENS, est vinum ardens ex frumento, aliisque rebus destillatione per vesicam productum.

SPIRITUS LACTIS, est spiritus fortis Sinensium inebrians, destillatione ex lacte elicitus.

SPIRITUS VINI, est spiritus frumentaceus ardens, maxime celebris in Europa, paratus ex frumenti speciebus, fecibus vini & cerevisiæ, succis pomorum &c.

SPIRITUS VINI ÆTHIOPUM, destillatur ex Oryza, & dicitur ARACK.

STÄFFELIN, est cerevisia, quæ Frankfurti ad Viadrum brassicatur.

STÖRTENKEERL, est cerevisia Derenburgensis.

STUMMER WEIN, est mustum arte a fermentatione prohibitum. vide AIGLEUCOS.

SURA, potus dulcis est in Regno Malabarico; vide Tuacam.

T.

TADDI, TADDY & TUACA, est potus in Regno Malabarico usitatus de Palma Jndica, quæ nuces fert, quas Cocos vocitant; incidunt nempe incolæ arboris dictæ ramos & ad eos vaſcula angustioris orificii appendunt & alligant, in quæ vasa succus ex fauciatis ramis extillat, quem collectum pro potu familiari & quotidiano usurpant; dulcis esse instar musti dicitur, suavis, stomacho gratus, calidisque affectibus hepatis in primis & renum utilissimus, longæ vosque reddere incolas perhibetur; vide plura apud Mundium in oper. suis.

THEA CHINENSIS, vel TZIA, potus: & in China & Japan olim & nunc familia-

miliaris adhuc; paratus ex foliis fruti-  
cis Tsiaa vel Théh cum aqua calida vel  
laetè animalium tali; hocce infuso &  
Europæi valde delectantur.

THEA BRABANTICA, est infusum fo-  
liorum Myrti Brabanticæ aut Angli-  
cæ cum aqua calida.

THEE DE Bout vel Bouy, est deco-  
rum florum & foliorum cuiusdam  
speciei Théæ Chinensis, quæ folia  
brunna intermixtis albis flosculis ha-  
bet, quæ non ut vulgaris Théæ folia  
infusione, sed levi & leni coctione ex-  
trahuntur; differt quoque a commu-  
ni Thea colore, qnī ad rubedinem in-  
clinat, & sapore, qui dulcis existit.

THEA HUNGARICA, est infusum her-  
bæ Botryos Mexicanæ cum aqua cali-  
da, de qua legi meretur viri excellen-  
tissimi atque consultissimi, Dn. Joh.

Hadriani Slevogtii programma de  
Thea Romana & Hungarica, quod Je-  
næ 1721. prodiit.

THEE DE LIMA, a Regni Peruvianis  
Regia sic dicta, panaceæ vices cum a-  
qua infusa supplere creditur; paratur  
ex foliis caprariæ Peruvianæ agerati  
foliis cum aqua calida; vocatur quoq;  
THEE DE PARAGAVI; vid. plura in Ephemerid.  
Natur. Curiosor. Cent. vj. An.  
1717. in Appendic. dissertat. nempe e-  
pistol. Dn. Lochneri de novis & exo-  
ticis Thée & Coffé succedaneis &c.  
pag. 150.

THEA MEDICAMENTOSA, dicitur,  
quando aqua calida super herbas me-  
dicinales, radices, seminaque v.g. Her-  
bam Salviæ, Veronicæ, Betonicæ,  
Teucrii &c. Rad. Glyzyrrh. sem. Ani-  
si simplicis & stellati, quod Badian vo-  
cant,

cant, &c. funditur, quod infusum a quibusdam in morbis loco Thée potus ordinarii bibitur. Germ. Kräuter-Thée.

**T**HEE DE PARAGAVY, vide Theam de Lima.

**T**HEA MEXICANA, est infusum herbae atriplicis suaveolentis Americanæ Morissonii seu Botryos Mexicanæ &c. vid. Frid. Lochnerum in dissertat. epistol. de novis & exoticis Thée & Coffe succedaneis, quæ prostat in Ephemeridibus Nat. Curiosor. Cent. vj. An. 1717. pag. 147. vocatur quoque Thée Romanum, quod vide infra.

**T**HEA ROMANA, idem infusum cum infuso Théæ Hungaricæ & Mexicanæ; vide Theam Hungaricam & Mexicanam.

**T**HEA ROSEA, est infusum tenerorum

rum sylvestris Rosæ foliorum fragrantium cum aqua calida; vide Ephemerides Germanor. Acad. Natur. Curios. Cent. III. & IV. Observat. 199. p. 473.

**THEA SILESIACA**, idem cum Thea Romana & Hungarica.

**THEA TARTARORVM**, Orientalium, est infusum foliorum Thée cum laete & sale.

**TIBISOLI**, dicitur cerevisia hordeacea brunna suavissimi saporis & odoris, quæ in monasterio Crucis Brunsvigæ brasiatur.

**TOLLER WRANGEL**, quam & Schöps vocitant, est cerevisia urbis Uratslaviensis, quam evolve.

**TSCHERBET**, idem quod Scherbet.

**TVACA**, vide Taddy vel Suram.

**TZIA**, vide infusum Theæ Chinen-sis.

Ura-

## U.

URAQVA, est spiritus ardens Indo-rum ex oryza.

## V.

VINUM, nobilissimus uvarum suc-cus, omnibus liquoribus tot nomini-bus præponendus; post diluvium uni-versale a Noacho in Oriente primum inventus & ad Occidentem deinde, & in nostra tempora, quibus mirum inmodum laudatur & diligitur vinum bonæ notæ, propagatus fuit, cuius virtutes, qualitates, nobilitas ac præ-stantia nullo egent præconio.

VINUM ABSYNTHITES, vinum est medicamentosum artificiale, infusio-ne Musti nempe vel vini super herbam Absynthii amari, ventriculi debilitati egregie conducit.

VINUM ACACIAE, nomen potius po-tionis

tionis medicamentosæ, quam ordinarii potus meretur; macerantur flores acaciæ cum vino.

**VINVM ÆTHIOPICVM**, paratur ex fructibus; vide *Sebasticon*.

**VINVM EX ANANASA**, est succus ex Ananasa, fructu molli coniformi Americanorum, vinosus, dulcis & jucundissimi saporis; egregie refrigerat æstuantem ventriculum, biliosis & calidis constitutionibus & naturis hinc optime convenit. vid. plura apud Michael. Frid. Lochnerum tractat. de Ananasa.

**VINVM ARDENS**, vide spiritum vini.

**VINVM CERASORVM**, est vinum ex succo cerasorum nigrorum, saccharo & aromatibus, in primis Cinnamomo & Caryophyllis aromaticis &c. vide *KIRSCHWEIN*.

VINUM CYDONEUM vel CYDONEATUM, est species Pomatiorum, vel succus vinosus ex malis cydoneis. Stomachicum est & tonicum, adstringens quoque in alvi nimia laxitate. QVITTENWEIN.

VINUM EDENTULUM, sic vocatur Plauto Comico in Pænulo vinum, quod non mordet.

VINUM ENULATUM, est artificiale vi-  
num ex Helenii radicibus vino mace-  
ratis; vel mustum, quod cum dictis ra-  
dicibus deferbuit; Germ. ALANTWEIN.

VINUM ETHICUM, οἶνος ὁ ἡθικὸς, sic vo-  
catur Aristoteli in rhetoricis vinum  
modestum & boni moris; sunt qui de  
vino percolato intelligendum velint  
*ἀπὸ Εὐθείαν.*

VINUM HIPPOCRATICUM, est vinum  
multis aromatibus, in primis cinnam-  
O mo-

momo &c. imprægnatum. vide Hippocras.

VINUM HORDEACEUM, Vinum ex Hordeo, ούρος εκ ριζών, Wein aus Gersten/ ita veteribus cerevisia audivit ob triplicem rationem, quia extra vinum nullum alium potum, qui inebriandi polleret facultate, habebant; secundo, quia odore, sapore & virtutibus interdum & colore vinum æmulabatur; tertio, quia vini supplebat vi- ces in ejus defectu, locis nempe, ubi nullus ejus proventus. vide Theophrastum de plantis & Strabonem.

VINUM JAVENSIMUM, est potus ex Oryza ARACLE dictus.

VINUM LYMPHATVM, est vinum omnis generis, in primis tamen fortissimum, a quibusdam lympha, id est, aqua dilutum & studio adulteratum;

an-

an citius inebriet, quam purum, mini-  
me nobis persuademus, vide tamen  
autores de vino lymphato.

VINVM EX MILIO, nihil aliud est,  
quam potus ex Milio, Lusitanis in u-  
su.

VINVM MONTIS VESUVII, vide Nea-  
politanische Thränēn.

VINVM OCAIBA, est potus in Bra-  
silie ex pomis Ocaibæ contusis & pref-  
sis lactescens, qui depuratus inebriat,  
vide Marggravium & Mundium.

VINVM OPERARIUM, Romanorum,  
quod scilicet operariis & ejusmodi ho-  
minibus porrigebatur &c. vide Lo-  
RAM.

VINVM PACOBEB, est potus in Bra-  
silie ex fructu arboris Pacobebe.

VINVM PALMEVM, ex Daetylis frumento Palmarum, potus paratus vinosus suavissimus in Syria & Judæa, astringens.

VINVM PIRARIUM, est potus vinosus ex pirus; vide PIRATIVM & CIDRE.

VINVM POMARIVM, est potus vinosus ex pomis; vide POMATIVM & CIDRE.

VINVM RUTACEUM, est vinum articiale medicamentosum, quod venenis resistit & castos reddere creditur, dicitur Rutaceum ab ingrediente Herba Rutæ. German. RAUTENWEIN.

VINVM SUFFOCATUM, dicitur, quando Cinnamomum, Cardamomum & alia aromata & aromaticæ vino injiciuntur

untur & calefiunt ad ignem , quod deinde calidum jejune bibitur ; Belgis & Anglis familiari in usu ; sæpe mentionem parit guttalem & strangriam.

VINVM TRITICEVM , ex maltho triticeo parata cerevisia sic audit , sic dicitur , quoniam non aliter ac vinum inebriat .

VINVM VIPERINVUM , est vinum artificiale Italorum ex carne viperarum cum vino ; laudatur colorem cutis elegantem reddere & plurimum ad formositatem , corporisque pulchritudinem conferre .

## W.

WITTE , est cerevisia Academiæ Chilonensis Ducatus Holsatici .

O 3

WIT-

WITTENKIEL, vocatur cerevisia  
Schœningensis alba in Ducatu Brun-  
svigio, æmulatur Breyhanam, sed val-  
de tenuis est.

WÜRTZE, sic Servestanam a jucun-  
dissimo & quasi aromatico, quem  
præ se fert, sapore dictam reperimus;  
Würtze enim signat aromata, & ob  
saporem virtutesque aromaticas,  
dum modice calefacit & ventricu-  
lum debilem ac languidum roborat,  
hanc cerevisiam incolæ dictæ urbis  
Würtze appellarunt; forsan etiam  
quia magnæ durationis, non aliter ac  
res aromatibus conditæ.

## Y.

YORKSHIRE-OEL, totius Angliæ  
est cerevisia optima, quæ omnes re-  
liquas

liquas bonis qualitatibus suis ac virtutibus superare scribitur.

## Z.

ZAVNA, Æthiopum potus fuit ex hordeo.

ZERVESTANA, cerevisia Hordeacea est brunna, ab urbe, in qua brassicatur, sic dicta, saporis optimi, hinc versus:

Zerbster Bier und Rheinscher Wein/  
Darben wollten wir lustig sehn.

ZITVS, ZITTVS, ita Syri Ægyptiorum potum frumentaceum vocarunt.

ZITZENILLE, dicitur cerevisia Nauensis crassa & inebrians, de qua distinctionem quoddam addere placet:

Ber Zitzenille trinken will/  
Der muß drei Tage liegen still.

Zv-

ZVCKERBRANTWEIN, vide Rum.

ZVCKERWASSER, vide Rum, it. HYDROSACCHARVM.

ZYTHVS, ita Ægyptiorum potus frumentaceus a Daniele Heinsio vocatur.

ZYTHVS, fuit antiquitus Ægyptiorum potus frumentaceus ex Hordeo, quem nostris his temporibus Bieram & Breyhanam vocamus.

F I N I S.



